¶Septima regula. Existente vrina furfurea
dyarralis significat si est pauca. Patet ex pre
dictis ꝛ ad experientiā. Correla. p̄mum. Urina
facta furfurea ꝛ si portaret͛ a longe: remanet
ꝯtinue furfurea. q̄re medic⁹ poterit hoc infe
rius p̄nosticare. Correla. scōm. Apparēte ta
li vrina indicādū est sup cōmotiōe toti⁹ cor/
poris. ptꝫ ex eo: q2 d̄n̄ant͛ hūores ī toto. Cor
rela. tertiū. Prenosticādū est ex eo torsiones
circa ypocundriā: ꝛ maxie circa ypocundri
dextri eē futuras. ptꝫ: q2 cū loc⁹ epatis sit lo/
cus generatiuis hūoꝝ. Correla. q̄rtū. Preno
sticandū ē fluxū vētris futuꝝ. Correla. q̄ntū.
Judicādū est sitim magnā ꝛ inq̄etudines fa/
ctas ꝛc̄. ¶Octaua regl'a. Urina mulieꝝ exi/
stente turbida velut subiugalis repletā matri
cē testare iudicat͛. Ptꝫ ex dictꝭ. ꝛ hoc nō stan
te fe. acuta. Correlariū p̄mū. Stāte tali vri/
na p̄nosticam⁹ pond⁹ maximū circa ptes fe
morales. ptꝫ ꝑpter p̄n̄tiā hūoꝝ viscoꝝ ꝛ gros
soꝝ. Correla. scōm. Ex ea p̄nosticādi sūt do/
lores circa ypocūdria ꝛ vuluā. ptꝫ ꝑpter cōti
nuū motū ibi factū. Correla. tertiū. Stante
tali vrina iudicāda ē nausea: ꝛ q̄si ꝯtinue sub
uersio stomachi. ptꝫ ꝑpter ꝯtinuā eleuatiōeꝫ
vapoꝝ. q̄re ꝛc̄. Correla. iiij. Ex hmōi vrina iu
dicare poterꝭ dolores venire ad dorsa siue re
nes: ꝛ q̄n̄q3 ad coxas: vt ptꝫ ex p̄dictis. Cor
relariū q̄ntū. Stante tali vrina p̄nosticanda
est duricies circa ptes femorales. quare ꝛc̄.
¶Nona regula. Si circulus vrine nullo mo
do agitet͛ tremulus apparuerit sup repletiōe
capitis ꝛ descēsu catarri arguendū est. ptꝫ ex
his q̄ dicta sunt ī tractatu de circulis. Et no
ta q2 vrina q̄ntūcunq3 mota ex longo delata
apparet circulus acsi in principio extiterit.
Correla. p̄mū. Stante tali vrina p̄nostican
dū erit dolorē in spatulis in cruribꝰ interpo
lationē. patet: q2 talis vrina significat mate/
riam descendere ꝑ nucham ad neruos quia/
re ꝛc̄. Correlariū scōm. Stante tali vrina iu
dicandus est dolor aut grauitas capitis in
parte posteriori. cū ibi ꝯtinet͛ materia humo
ralis. Correlariū tertiū. Stante tali vrina iu
dicandum est pigritiā esse in toto. patet: cum
multa materia sit cōmunicata neruis. q̄re ꝛc̄.
¶Decima regula. Urina habens circuluꝫ cū
ypostasi in media regione aut attomos in ea
regione aut trumbos: significat materiā ꝛ in
capite ꝛ pectore. patet ex p̄dictis. Correlari/
um primum. Apparente tali vrina iudicādū
est difficultatem anhelitus ꝛ tussis: q2 signifi
cat materiam descendere cōtinue ad pectus
Correlariū secundū. Judicandū est dolorem
in parte anteriori capitis. Correlariū tertiū.
Si fuerit tincta salsedinē aut ardorē in gut
ture significat pariter: si fuerit circulus decli
nans ad citrinitatē. Correlariū quartuꝫ. Ex
huiusmodi vrina grauitatem oculorum iudi
ca. quia est causa multe materie in cerebro. q̄
re ꝛc̄. Undecima regula. Urina existēte spu/
mosa tam in muliere q̄3 in viro ventositatem
contineri in ventre significat. Patet ex his
que diximus de spuma. Correlariū primum.
Jnflatio stomachi ꝛ ypocundriorū ex vrina
tali arguendū est ꝑpter cōtinuū motū vento
sitatis circa eas ptes. q̄re ꝛc̄. Correla. scōm.
Ex tali vrina dūmodo spuma fuerit rubea si
ue citrina ꝑnosticandū est esse dolorē capitꝭ
maiorē in latere dextro. Correla. tertiuꝫ. Si
vero talis vrina fuerit alba subtilis: iudicā/
dū est dolorē esse futurū in ypocundrio sini/
stro. patet: cum illud sit frigidū: illud vero ca
lidum. ¶Duodecima regula. Urina tēdens
ad viriditatē vel liuidū colorē ꝑ totum in mu
liere cum ypostasi plumbea significat reten/
tionē menstruoꝝ ex parte temporū in quāti/
tate ꝛ qualitate. patet ex his q̄ dicta sūt. Hec
Auicenna: Egidius: Jsaac ꝛc̄. Et hec de vri/
nis dicta sufficiant. Finis.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-201/0684
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG